



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Literæ commendatitiæ ab Episcopo Ratisbonensi Conrado Abbatii datæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Literæ commendatitiæ ab Episcopo Ra-  
tisbonensi Conrado Abba-  
ti datae.

Rthodoxus omnibus H. Dei gratia Ecclesia Ra-  
tisbonensis Episcopus, quidquid hic & in futura  
felicius. Pateat uniuersitati vestra qualiter ve-  
nerandus, & amandus filius noster Conradus Bi-  
burgensis Monasterij quondam Abbas, præsentium lator,  
turbata quieti & sue & fratrum suorum humiliter & benig-  
nè consuluit: quidam enim ex fratribus suis amaro zelo in-  
flammati, bona opiniōnē ipsius, primo intus & latenter, de-  
inde etiam foris & patenter detrahere cœperunt. Cui scanda-  
lo reprimendo tum à Domino EBERHARDO Salzburgēsi  
Archiepiscopo, & EBERHARDO Bambergensi Episcopo,  
tum etiam à nobis & nostris, sapè diu & multum frustra, quia  
nimis leniter, laboratum est. Tandem magnis nostra Eccle-  
sie negotiis occupati, dilectissimo & venerabilis fratri, & coëpi-  
scopo nostro Bambergensi, & Pralatis nostris, vicem nostram  
in hac re concessimus, qui ad prædictum Monasterium veni-  
entes, omnia prudenti, & fidei discussione ventilare cœperūt.  
Sed forte propter nostram absentia, ferro abscissionis, in per-  
tinaces & publicè culpam suam confessos minus usi sunt. Ita  
ad cimitatem nostram Dominus Episcopus & Abbas regredi,  
sex de parte detentorum cum offensur reliquorum ad principa-  
lem Ecclesiam nostram adduxerunt, ubi nec bono zelo, nec ve-  
ra, de Abbatे suo immerente se iactasse, publicè confessi sunt.  
Tunc Dominus Abbas pœnitentia quorundam minus confi-  
dens, & non dignitati, sed quieti & salutis sua intendens, quia  
suspecti & morbi abstiissi, non sunt, Abbatiam ultra resig-  
nat. Quod factum pro reverentia Domini Bambergensis,

&amp;

& amore Abbatis, non tamen sine scrupulo, suscepimus, & ipsum ab obedientia nostra non absoluentes uniuersitati vestra, tanquam prudentem & fidelem virum commendamus.

LITERÆ COMMENDATITIÆ DATÆ CONRADO  
ABBATI AB EBERHARDO EPISCOPO  
BAMBERGENSI.

**M**nibus in regno caritatis, E BERHARDVS  
Bambergensis non suis meritis vocatus Episcopus  
pus salutem, & eam quæ maior est omnibus, &  
qua nunquam excidet, charitatem. Domino dicente;  
væ ei per quæ scandalum venit, cum inter fratres ante  
omnia scandalata vitanda sint, nolumus quenquam scandalizari,  
in persona venerabilis & dilecti fratri nostri Conradi,  
quondam Biburgensis Abbatis, eiusq; separatione à fratribus  
suis. Evidenter ipse bona illig; terra bona tanta dissimi-  
litudine, & eâ, qua alia natura est, morum consuetudine dis-  
crepabant, ut fructuosè, & unius moris in domo Dei cobabi-  
tare non possent. Vnde nascente & crescente de die in diem  
inter eos discordia, cum soleat antiquus hostis, quorum vitam  
non potest, saltem famam ledere, predictus frater omni non  
solum infamia, sed etiam suspicionis macula abolita, communi-  
& publica fratribus suorum adtestatione; specialiter vero  
quorundam, qui in eos scandalizati fuerant, recognitione, in  
nostra & chori Radibonensis presentia, ad sedandam tempe-  
stuosam inter se & contra se fratribus discordiam libera voce  
cum Iona ait; Si tempestas hæc propter me est, tollite  
me, & mittite in mare; in eius nomine, qui venit non per-  
dere animas sed salvare. Ac sic Abbas nobis & choro, vi-  
se Domini Radibonensis Episcopi resignata, fratres & sor-

166